M0012079: Reproduction of page one of two of a letter or manuscript headed "Responsio consultatoria, circa dysenterias..." by Hermann Boerhaave (1668-1738)

Publication/Creation

1951

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/pbvjvcve

License and attribution

Conditions of use: it is possible this item is protected by copyright and/or related rights. You are free to use this item in any way that is permitted by the copyright and related rights legislation that applies to your use. For other uses you need to obtain permission from the rights-holder(s).

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

hauſtus una vice ſumendus. Ubi operatio abſoluta decem horis ab adſumpto bibat vini boni uncias quatuor, et post horam opii grana duo ſoluti in uncia dimidia aceti.

§. 9. Ubi venenum hoc modo expulſum, dein ſequentibus undecim diebus ſumat interdiu vacuo ventriculo drachmam unam ſequentis medicamenti cum vino. ℞. Boli armen. ℥ij. Theriac. Androm. ʒv. Mastych. Olitan. aā ʒj. Catechu ʒiij. Zingib. condit. ℥j. M. f. conditum, de quo ſumat hora ante jentaculum, hora ante prandium, hora pomeridiana quinta, et hora ante cœnam.

§. 10. Hac methodo mutatis mutandis puto malum caveri et ſanari poſſe. Si tenesmi urgent, oportet clysmate uti pro re natâ repetendo. ℞. Terebinth. ʒij. vitelli ovi ℥j. Lactis ℥viij. Theriacæ ʒij: M. Quod Deus felix fauſtumque eſſe jubeat.

Hermann Boerhoeve.

62700

Hermanni Boerhave

Reſponſio conſultatoria, circa dyſenterias caſtrenſes, Imperatoris Romani exercitum 1738 devaſtantes, concinnata

§. 1 Quum dyſenteriæ caſtrenſes in Pannonia ſubitò ſanos occupent, tollendo appetitum omnium; primo conſtat, venenum hoc cum ſaliva deglutitum, actionem ventriculi destruere, inde lædere reliqua viſcera in ſuis quoq. officiis.

§. 2. Quia vero ſomnus tollitur ſimul, qui prorſus à ſtomacho pendet, confirmatur prima ſententia omninò.

§. 3. Notiſſimum habetur, nauſeam vires proſicere uno impetu ita, ut robuſtiſſimi ac ſaniſſimi homines uno momento cadant debiles: neque referre ſciunt, qua de cauſa orta fuerit nervorum octavi paris turbatio, ventriculo et cordi communium; id docet mechanica gulæ irritatio, corporis in mari oſcillatio, vectio rhedæ adverſo corpore, conſpectus rei nauſeoſa, memoria poculi medicati, terræ tremor, emetica, purgantia, venena et infinita alia, quæ docent Herculis vires reſolvi, languente nauſeoſo irritato ventriculo ſolo.